



## Bibliographische Daten

Titel:               Programma Ad Exequias Foeminae Piae, Honestae Ac  
                          Ornatissimae Veronicae, Viri Praestantis Ac Integerrimi Henrici  
                          Maieri, Academiae Altdorfinae Typographi, Uxoris Dilectae,  
                          Propositum Publice Die Mensis Novembris XII MDCLXXVI.

Ersteller:         Johann Saubert

Signatur:         Will. V. 1016. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

observantiâ ab omnibus Ordinibus exceptus & humilibus omnium precibus rogatus, ne regni molem à se rejiceret, actionem inchoaret, atqve inter reliqua ordinationem ecclesiasticam attingentia concluderetur, ut Episcopi atqve Prælati arces atqve feuda Regi traderent, & honestis contenti stipendiis viverent, multâ fisco regio cederent. Regni quoque Proceribus (ut hoc quoque ad supplendam historiam bonâ cum pace **STUDIOSORUM CIVIUM**, in quorum potissimum gratiam talia proponere solemus, adjicere liceat ex locuplete in primis & gravissimo Auctore Davide Chytræo) ipsorum prædia, quæ vel donata, vel oppignorata, vel vendita Ecclesiis & Monasteriis fuerant, inde usque à Caroli Regis constitutis ordinationibus, legitimè recuperare concessum: jure suo hæreditario prius coram judicibus & Rege ipso demonstrato, & pro divenditis numerato precio. Eâdem etiam libertate permittimus nobis, in medio poni conjecturam, quâ inducimur, laudatæ familiæ **OLANÆ** nobile germen fuisse **ERICUM OLAUM** Upsaliensem, cui locum inter insignes Historiæ Svedicæ scriptores tribuit *o Jæmudon* Conringius. Sed nobis è Boreali glacie, quam venerabile **OLAORUM** nomen fregit, advicinum **SULZBÛRGUM** revertendum est. Ibi quamprimum rubentes corporis exuvias utero materno traxisset **VERONICA**, animum quoque Adamicâ contagione infectum repurgare mysticis Baptismi undis, prima cura parentes subiit. Atque ad eam operam sacram ornandam requisiverunt Ornatisissimam Fœminam **VERONICAM** Conjugem **JOHANNIS CHRISTOPHORI RUMMELII**, Præfecti Superiori Sulzbürgo, & fabulam **VERONICÆ**, sudario suo imaginem Christi, ad supplicium crucis viam affectantis, fidei veritate repræsentaturi, & omne Salvatoris sui meritum & cum isto *novum hominem indui fecerunt, qui secundum Deum conditus est ad Justitiam & Sanctimoniam veram.* Quod verò destinaverant animo pii & solliciti parentes educationis officium, cum acceleratis factorum legibus paulò post interciperetur,